

INSTITUTIONUM
MEDICINÆ
LIBER QUINTUS.
PARS I.

De Medicamentis seu auxiliorum materia.

CAPUT I.

Quid sit Medicamentum.

Vltima superest Medi-
cinæ pars θεραπευτι-
κή, quæ hominem in
morbo prolapsum
pristinæ sanitati resti-
tuit, morbosq; hominem infe-
stantes è corpore expellit. Ut au-
tem hunc suum finem assequatur
Medicus, duobus sit instructus ne-
cesse est, primò Methodo, qua per
indicationes iuvantia inveniat; de-
inde instrumentis seu materia au-
xiliorum, quæ id, quod per indica-
tiones inventum est, exsequatur;
quò nō solùm tota de medicamen-
torum facultatibus doctrina, sed
& de Cheirurgicis auxiliis, & mate-
ria diætetica tractatio pertinet.
Ad hæc enim tria capita, nimirum
διαίταν, χειρουργίαν & φαρμακείαν,

omnia Medici instrumenta revoca-
ri possunt.

Atq; hoc loco istud non præter-
eundum est, discernendum esse
inter βοηθήματα seu auxilia, & in-
ter ὕλην βοηθημάτων, materiã au-
xiliorum. Auxilium enim est id,
quod ab indicante agendum præci-
pitur, semperq; unum est; ut, cale-
faciendum esse: Materia autem au-
xilii est id, per quam à Medico id,
quod indicans jubet, peragitur, in-
strumentum seu medium; quod nō
unū est. Potest n. unius auxilii mul-
tiplex & varia esse materia; ut dum
calefaciendum est, potest id fieri,
pipere, zingibere, absinthio &c.

Restat itaq; hoc libro agendū de
simplicium medicamentorum facultib.

Auxiliū
& auxi-
lii mate-
ria quo-
modo
differat.

Thera-
peutice

liiii 2

deinde